MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS . LEKTIONAR
Diözese Passau / Salzburg, Seite 207r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



transibunt uerba autem mea non transibunt Dominica iij. ad Rom.

Ars: Sic nos existimet homo: ut ministros
xpi. et dispensatores mysteriorum dei. Hic iam queritur
inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Michi
autem pro minimo est ut a uobis iudicer. aut ab humano
die: Sed neque me ipsum iudico. Nichil enim michi
conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum. Qui
autem iudicat me dominus est. Itaque nolite ante tempus
iudicare: quo adusque ueniat dominus. qui et illuminabit
abscondita tenebrarum. et manifestabit consilia cordi
um. Et tunc laus erit unicuique adeo. Secundum Math.

In illo t: Cum audisset iohannes in vinculis opera
xpi. mittens duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui
uenturus es an alium expectamus: Et respondens
ihc: ait illis. Euntes renunciate iohanni. que uidis
tis et audistis. Ceci uident. claudi ambulant. lepsi
mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pau
peres euangelizantur. et beatus est. qui non fuerit scandalizatus
in me. Illis autem ab euntibus: cepit ihc ad turbas di
cere de iohanne. Quid existis in desertum uidere: Ha
rundinem uento agitatam: Sed quid existis uidere:
Hominem mollibus uestitum: Ecce qui mollibus uesti
untur: in domibus regum sunt. Sed quid existis ui
dere: prophetam: Etiam: Dico uobis: et plusquam
prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mit
to angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit uiam
tuam ante te Feria Quarta lectio ysaie prophete

In diebus illis: Dixit ysaias propheta. Erit in nouis
simis diebus preparatus mons domus domini in uertice